BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315

Seite 66r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



YSAIAS.

Cap. X.

Ve qui edunt
leges iniquas. et scribentes
iniustitiam scripserunt
ut opprimerent in iudicio pauperes.
et iudicium facerent egenis plebis meae.
ut essent viduae praeda eorum. et pupillos
diriperent. Quid facietis in die
visitationis. et calamitatis de longe venientis. Ad quem fugietis auxilium.
et ubi derelinquetis gloriam vestram.
Ne incurvemini sub vinculo et cum
interfectis cadatis. Super omnibus
his non est avertus furor eius. sed adhuc
manus eius extenta. Usque ad
hoc virga furoris mei. et baculus ipse
est in manu eorum indignatio mea.
Ad gentem fallacem mittam eum.
et contra populum furoris mei mandabo
ut auferat spolia. et diripiat praedam. et ponat eum in conculcationem
sicut lutum platearum. Ipse autem non sic
arbitrabitur. et cor eius non sic aestimabit. sed ad conterendum erit cor eius. et
ad interfectionem gentium non paucarum.
Dicit enim. Numquid non principes mei simul reges sunt. Numquid
non ut carchamus sic chalamnon. et
ut arphat sic emath. Numquid non
ut damascus. sic samaria. Quomodo
invenit manus mea regna idolorum.
sic et simulachra eorum derelinquam. et de
samaria. Numquid non sicut feci
samariae et idolis eius. sic faciam urbi
et simulachris eius. Et erit cum im
plebit dominus omnia opera sua
in monte syon. et in hierusalem. visitabo
super fructum magnifici cordis regis
assur. et super gloriam altitudinis
oculorum eius. Dixit enim. In fortitudine manus meae feci. et in sapientia
mea intellexi. et abstulimus fines
populorum. et principes eorum depraedatus sum.
et detraxi quasi potens insidentes. et inuenit quasi nidum manus
mea fortitudinem populorum. et sicut col
ligunturovum quae relicta sunt. sic
universam eram ego egressus. et non
fuit qui moveret pennam. et aperuit
os. et garrivit. Numquid gloriabitur securis
contra eum qui operatur in ea. aut exaltabitur serra contra eum qui trahit eam. Sicut si elevetur virga contra levantem se. et
exaltetur baculus quasi non lignum
est. Propter hoc mittet dominator dominus
exercituum pinguibus eius tenuitatem. et subtus
gloriam eius succendet
ardebit quasi ardentis ignis. Et erit lu
men israel in ignem. et sanctus eius in
flamma. et succendet et devorabit
spinas eius et vepres eius in die una.
et gloriam saltus eius et carmeli eius.
ab anima usque ad carnem consumet.
Et erit quasi pugnus. et relinquet lignum
saltus eius. et parvitatem numerabit.
et puer scribet eos. Et erit in die illa
non adiicient residui israel. et hi qui
fugerunt de domo iacob inniti super
eo qui percussit eos. sed innitentur super
dominum sanctum israel in veritate. reliquiae
revertentur. reliquiae iacob
ad deum fortem. Si enim fuerit populus
tuus israel quasi arena maris. reliquiae
eius revertentur ex eo. Consummatio abbre
viata inundabit iustitiam. consumma
tionem enim et abbreviationem dominus
dominus exercituum faciet in medio omnis
terae. Propter hoc haec dicit dominus dominus
exercituum. Noli timere populo meus hi
tator syon ab assur. in virga percutiet te. et baculum suum levabit
super te in via egypti. Adhuc enim
modicum paululum quasi consumabitur
indignatio. et furor meus super eorum
eorum. Et suscitabit super eum dominus
exercituum flagellum iuxta plagam
madian in petra oreb. et virga sua
super mare. et levabit eam in via

qui secat in ea. aut exaltabitur serra contra eum